


**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Kleinschmid ... Ad Exequias Quae ... luveni Christiano Mausaeo, Parabuntur ... Omnes omnium ordinum Cives Academicos Studiose invitat : [P.P. Rostochii Anno 1638. 22. April. sub sigillo Rectoratus]**

Rostochii: Kilius, 1638

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770474225>

Druck Freier  Zugang






Kleinschmid, J. ,

in

**J. M a v s e u s .**

Rostock, 1638.















# PROGRAMMA

Quo

59.

Rector Universitatis Rostochiensis

JOHANNES KLEIN-  
SCHMID, J. U. D. & P.

AD EXEQUIAS

Quæ

Humanissimo & doctissimo Juveni

CHRISTIANO  
MAVSÆO,

Parabuntur hodie hora prima.

Omnes omnium ordinum Cives Academi-  
cos Studiose invitato



ROSTOCKII,

Literis NICOLAI KILII, Acad. Typograph.

ANNO M DC XXXVIII.



PROGRAMMA

Rector Universitatis Rostocensis

JOHANNES KEILM

SCHMIDT, JUDICIS

AD EXAMEN

Die 7

Junii 1734

CHRISTIANO  
MAYSAE

Parabatur hodie hora prima

Omnes omnia ordinum Civitatis

et sine ulla



ROSTOCKENSIS

NICOLAI KILII, Typographi

ANNO MDCCXXXIV





CHRISTIANVS

MAUSÆUS natus

est Anno millesimo sexcentesimo nono circa festum Servatoris nostri natalitium, Pater e-

jus fuit Vir bonus & honestus JURGEN

Maus/ Civis Güstroviensis, Mater MAGDA-

LENA Schnöfels / ex pago Lubchin / Avus

JACOB Maus/ Civis Gnöjensis. Sorores tres

habuit, quarum una adhuc superstes, cæteræ

beatum vitæ finem invenerunt. Hunc filium

suum parentes Baptismo renatum commodo

tempore miserunt in ludum literarium, in quo

initia doctrinæ Christianæ CHRISTIANUS

disceret. Ea ut promoveret, crescente ætate a

Laribus paternis ablegatus est Stendaliam, inde

ad alia loca migravit studiorum causa, tandem

parentes eum nostræ commendarunt Acade-

mia, in qua cum annos consumpsisset aliquot,

operam suam addixit nobilissimo Viro JUR-

A 2

GEN



GEN CHRISTOFF Beren / hæreditario  
in Müstrow/p. m. in liberis informandis & eru-  
diendis, idque egit annis tribus integris, donec  
se imminente periculo in urbem nostram &  
Academiam cum discipulis nobilibus recepit  
idque ad festum proxime præcedenti anno  
Michaelis, Ex quo tempore mediocri usus va-  
letudine, die 12. Aprilis in morbum incidit haud  
levem, qui cum incrementa quotidiana cape-  
ret, eo evasit, ut hic CHRISTIANUS die 18.  
April. in ipso meridie inter 12. & 1. à morte oc-  
cupatus vitæ finem invenerit, quam ad annos  
unde-triginta discendo ac docendo degerat,  
Adeste juvenes, & in speculo nostram ætatem  
contemplamini. Juvenis unde-triginta anno-  
rum, cui neque ætas, neque vires decrant, mor-  
tuus vos monet, etiam validos & virium, vale-  
tudinis, ætatis fiducia ferocientes posse mori,  
Olim Poëta vetus dicebat: *Propter cunas capu-  
lum positum est, Nutrix tradit pollinctori.* Athic  
non cunæ sunt, in quibus qui jacent, varias va-  
letudinis & fortunæ formas, varia morborum  
pericula expectare & sustinere coguntur, Le-  
ctus est, imo nunc Sandapila septempedalis,  
vel & longius extensa, quæ juvenem capit in-  
fames illos morborum infantilium & pueriliū  
scopu-



scopulos jam prætervectum, promittentem sibi  
multos annos, felices, faustos, incolumes, for-  
tunatos & honoratos: sed sine sponsore. Quis  
enim est inter homines qui ista sibi vel alijs  
promittere & præstare possit? Neque enim in  
cujusquam hoc potestate positum est: si quis  
promittere quid velit, ea promittat, quæ in sua  
potestate esse noverit. Verum plurimi sunt  
qui in potestate sua quæ sint non noverunt,  
*scos ἢ εὐχῶν ἄλλα πάσαι* cum se toto coelo er-  
rasse, & opinione sua turpiter deceptos agno-  
scere coguntur. Divitias qui sibi promittit,  
fortunam ignorat, æquoris dominam imo &  
ignis, & militiæ: Honores qui sibi promittit,  
vulgum ignorat, qui non solum sæpè Catoni  
præfert Vatinium, sed & trecentas Demetrii  
statuas, ante ipsum evertit, & Sejanum ad notam  
Scalarum Gemoniarum detestandam trahit.  
Vires, vitam, & valetudinem qui sibi promit-  
tit, morbos ignorat, petechias ignorat, pestem  
ignorat. Fortuna verò, Vulgus, Morbi nihil  
horum in hominis potestate & arbitrio relin-  
quunt. Igitur si hæc in hominis arbitrio non  
sunt: quid tandem in eo erit? Imo verò, est ap-  
petitus ac desiderium boni, fuga sive aversatio  
mali; nec apparentis, quod sæpè speciei boni



vel mali imponit, nec est bonum vel malum,  
sed veri, quod quisque recta usus ratione, sibi  
promittere, sibi præstare potest. Ut verò cæ-  
tera mittamus, exemplo vitæ & mortis res pla-  
na erit. Vita ipsa cum non sit *ἐφ' ἡμῶν* in pote-  
state nostra, potest enim eam invito eripere ho-  
mo, vel morbus, vel aliud; erit certè in potesta-  
te nostra & arbitrio, vita benè uti, quam diu  
adeſt, & æquo eam animo dimittere DEO re-  
poscenti. Hoc ergò & promittere & præstare  
possumus. Mors malum si esset, nemo sapiens  
eam optaret: At optavit eam S. Paulus. Nec  
noſtra in potestate est eam effugere: neminem  
enim ab initio mundi effugisse videmus: fru-  
stra ergò & nos fugiemus, cum effugere ne-  
queamus; quid ergò nobis tale quid persua-  
demus, aut promittimus. Hoc tamen pro-  
mittere nobis & præstare possumus, ut ne com-  
mittamus, quod mortem reddat inhonestam,  
& cum turpitudine conjunctam, nec eam pe-  
jus cane rabioso & angue venenato fugiamus,  
Quid ergò plurimi ad ejus mentionem trepida-  
mus, quid fugam & latebras circumſpectamus,  
cum imminet? Natura quidem nos reddit sin-  
gulis horis paratos, voluntas verò improba, &  
conſcientia tergiverſantes. Domus tergiverſanti  
in a-



in animo est, inchoata, nondū ex ædificata, fundi  
& villæ, nummi vel defossi, vel in tabulis & no-  
minibus positi; metuunt ne tantū auri pereat,  
vel hæredi indigno, ingrato, inimico cedat:  
Vitæ æternæ quam fides nobis Christiana com-  
mendat, *ἐδούς*, vel certè *ἐλίγ@ λόγ@*. Quin &  
conscientia reddit imparatum, vel impiè & o-  
tiosè transactæ adolescentiæ vel proximi petu-  
lanter & sine causa læsi, vel magistratui, ac legi-  
bus, quæ debetur, denegatæ obedientiæ, vel a-  
lius immanis scopolus in ea quam vel scrupulus  
minimus excitare & ad torturam impellere po-  
test. De hoc nostro piè credimus & persuade-  
mus nobis & vitam ex regula fidei Christianæ  
actam & mortem similiter consecutam: Deus  
Opt. Max. eī feliciter mortuo resurrectionem  
in Servatore nostro J. C. ad vitam æternam lar-  
giatur. Cæterum CHRISTIANUS hic non  
solo nomine sed etiam Christiano ritu sepe-  
liendus est: neque enim corpora quæ Spiritus  
sancti domicilia fuerunt abijcienda sunt aut a-  
liis inhumanis modis tractanda, sed ad *κοιμητήριον*  
suum deducenda, ibi collocanda & ad revela-  
tionem futuram servanda. Postulat igitur à  
nobis pietas & charitas Christiana, ut non tam  
homini sed & Studioso & hujus quidem nostræ  
Acade-




Academix adscripto præstemus officium quod  
cuilibet præstare ex officio debemus. Facite  
eo magis quia magistratus id vester à vobis po-  
stulat, quem id facere, vos autem obsequi jus &  
fas est. Conventus fiet in Templo Mariano ho-  
die hora I. P. P. Rostochii Anno 1638.  
22. April. sub sigillo Rectoratus.






















scopulos jam prætervectum, prom  
 multos annos, felices, faustos, in  
 tunatos & honoratos: sed sine sp  
 enim est inter homines qui ista  
 promittere & præstare possit? N  
 cujusquam hoc potestate positu  
 promittere quid velit, ea promitt  
 potestate esse noverit. Verum  
 qui in potestate sua quæ sint no  
*οεις ἢ ἀρχεῖν ἀλλὰ πύχσον* cum se t  
 rasse, & opinione sua turpiter de  
 scere coguntur. Divitias qui si  
 fortunam ignorat, æquoris don  
 ignis, & militiæ: Honores qui si  
 vulgum ignorat, qui non solum  
 præfert Vatinium, sed & treces  
 statuas, ante ipsum evertit, & Sejan  
 Sclarum Gemoniarum detesta  
 Vires, vitam, & valetudinem qu  
 tit, morbos ignorat, petechias ig  
 ignorat. Fortuna vero, Vulgu  
 horum in hominis potestate & a  
 quunt. Igitur si hæc in homini  
 sunt: quid tandem in eo erit? Im  
 petitus ac desiderium boni, fuga  
 mali; nec apparentis, quod sepe

A 3



sibi  
 or,  
 quis  
 hys  
 in  
 quis  
 sua  
 unt  
 nt,  
 er-  
 io-  
 tit,  
 &  
 tit,  
 oni  
 trij  
 am  
 ait.  
 nit-  
 em  
 hil  
 in-  
 on  
 ap-  
 tio  
 oni  
 vel